

1623. 23. Augusti.

Ex Orig. Arch. Radziwiłł. Nesu.

285 li

Littere Sigismundi III. ad Ferdinandum secun-  
dum electum Romanorum imperatorem.

Serenissimo et excellentissimo prin-  
cipi domino Ferdinando secundo Di-  
vina favente clementia electo Roma-  
norum imperatori semper Augusto, et  
Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dal-  
matis, Croatiae, Sclavoniae regi, archi-  
duci Austriae, duci Burgundiae, Sty-  
riae, Carinthiae, Carniolae, Wirtembergae,  
comiti Tyrolis, domino cognato et affi-  
ni nostro charissimo.

52

Sigismundus tertius Dei gratia rex Poloniae, magnus  
dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samo-  
gitiae, Loooniaeque, nec non Svecorum, Gothorum,  
Vandalorumque hereditarius rex saltem et in-  
tui amoris continuum incrementum. Serenissi-  
me et excellentissime princeps domine cognate  
et affinis nostre charissime! Cum nihil cuiusmo-  
di ad nos hucusque delatum sit, quod principe  
Radziwiłłum in suspicionem educti extra fines re-  
gni licentiori militum adducere posset, nullam  
nos quoque ipsi ea in parte culpam imputamus.  
Quod si quis in posterum eo nomine ipsum in-

incusare voluerit, satis apud nos habebit defen-  
sionis innocentia eius. ex testimonio literarum  
maiestatis vestre, quod nos pluri, quam in-  
certos vulgi rumores semper faciemus. Ce-  
terum maiestatem vestram diu et feliciter  
imperare cupimus, ipsique studia et officia  
nostra amanter deferimus. Datt Varavia die  
trigesima mensis Augusti, anno Domini  
millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, re-  
gnorum nostrorum Poloniae trigesimo qua-  
rto sexto et Sveciae trigesimo anno.

eiusdem maiestatis vestre.

bonis affinis

Sigismundus rex.

Serenissimo et excellentissimo principi  
domino Ferdinando secundo Divina fa-  
vente clementia electo Romanorum im-  
peratori semper Augusto, Germaniae, Hun-  
gariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sla-  
voniae regi archiduci Austriae duci Bar-  
gundiae, comiti Tyrolis domino cognato et  
affini nostro charissimo.